



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 84. Navarra a Trimollo cincta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1513.

§. LXXXIV.

*Novarra a Trimolio cincta.*

Equidem Trimollius prompto Novarram  
versus itinere Maximilianum, qui ibi-  
dem sese incluserat, captum abducere  
sperabat, ut eandem cum Patre suo for-  
tem experiretur, quem iidem Helvetii  
eodemque in loco Gallis captivum tradi-  
derunt. Idem quoque verebantur Hispa-  
ni, eo potissimum nomine, quod inter  
Helvetios Novarrensis præsidii Præfectos,  
atque inter Gallici exercitus Belliduces  
iidem, ac eorum non pauci reperirentur,  
qui olim in Ludovici Sfortiæ proditionem  
conspirabant. Verum evanuit hic timor,  
cum vehementius Helvetiorum in Gallos  
odium novam rebus faciem conciliaret.

*Guicciardini l. II.* Ergo Trimollius Novarram cingere  
*Marian. lib.* statuit, ac propriarum virium fiducia elati-  
30. n. 89. tus, haud exspectato totius exercitus ad-  
*Belcar. l. 14.* ventu, nonnisi quingentis cataphractis, &  
*Memoires du sex Germanorum,* quatuor vero Gallorum  
*Bellai l. I.* peditum millibus stipatus processit. Ve-  
*Ferron. in* rum Novarra urbs erat non solum situ,  
*Lud. XII.* sed & opere munita, quam præsidii loco  
tuebantur sex Helvetiorum millia non ita  
pridem Sfortiæ equitibus adjuncta, præ-  
ter septem ejusdem nationis millia a Mo-  
tino, totidemque a Barone Altsaxio, qui  
alia ex parte accitus advenerat, adducta:  
Cum

Cum vero Gallorum manus ad expugnat- Sæcul. XVI.  
dam urbem adeo munitam impar esset, A.C. 1512.  
Trivultius nullum non movit lapidem, ut \_\_\_\_\_  
Trimollium a suscipiendo obsidionis con-  
silio avocaret, donec sex millia Germa-  
norum peditum recepisset, quæ jamjam  
ad Vallem Seguisinam delata a Tavan-  
nesio adducebantur: Trivultii tamen con-  
silium neglexit Trimollius, eoquod eidem  
nunciatum esset, quod valida Helvetio-  
rum agmina in Novarræ subsidium accur-  
rerent, unde copias suas urbi admovit,  
atque obsidionem exorsus, cunctis belli  
tormentis in mænia directis, crebram  
ruinam edidit, nullam tamen ad assultum  
satis amplam.

§. LXXXV.

*Obsidio interrupta. Helvetiorum  
aggressio.*

Verum præsidiariis urbem invicta virtu- Bemb. l. 3.  
te tueri paratis, Trimollius habito epist. 1.  
belli Senatu exposuit, interrumpendam  
esse obsidionem, cum consultius foret,  
Helvetiis, quos Motinus adduceret, oc-  
currere. Obsttit denuo Trivultius: ast  
potissima Belliducum parte eidem adver-  
sante statutum est, quod eodem tempo-  
ris articulo Galli Trecastram contenderent.  
Dubia adhuc erat itineris ratio; cumque  
Trivultii Marescalli judicio utpote patriæ  
Hist. Eccles. Tom. XXXII. K k suæ